

IV  
C.8209  
D.27

8209. D. C. d. 2.5.

V





DE OBJECTIVI  
MICROMETRI VSV  
IN  
PLANETARVM DIAMETRIS  
METIENDIS.

EXERCITATIO  
OPTICO-ASTRONOMICA  
HABITA IN COLLEGIO ROMANO  
A PATRIBVS SOCIETATIS IESV

Anno MDCCLXV. III. Non. Sept.



---

GRAECII,  
TYPIS HAEREDVM WIDMANSTADII.

DE ORBITE RIAS

IN

PALAMIDIA TERRAIS

METEORIS

EXERCITATIO

OPTICO-ASTRONOMICA

OCULI IN COFFEO MONAK

A PATRIBUS ACCEPTELLA

1692. NOV. III. MDCCLXV.

GRATIOL

TUTTA HANDELDA WIDENSKYNTADIS

IN=038006959

ASSERTIONES  
EX  
UNIVERSA  
PHILOSOPHIA,

QUAS

IN ARCHI-DUCALI,  
ET ACADEMICO SOCIETATIS IESU  
GYMNASIO LABACI

ANNO M. DCC. LXVIII. MENSE AUGUSTO DIE

PUBLICE PROPUGNANDAS SUSCEPERUNT  
ERUDITUS, AC PERDOCTUS DOMINUS  
FRANCISCUS KARPE,  
CARNIOLUS LABACENSIS.  
ERUDITUS, AC PERDOCTUS DOMINUS  
FRANCISCUS SUETIZ,  
CARNIOLUS LYTHOPOLITANUS E SEM. S.J.

EX PRAELECTIONIBUS

R. P. IOANNIS BAPTISTAE  
POGRIE TS NIG,  
E SOCIETATE IESU,  
PHILOSOPHIAE PROFESSORIS  
PUBLICI, ET ORDINARI.



# EX LOGICA ET METAPHYSICA.

## I.

**L**Ogicae nomine ea disciplina venit, quae mentem in formandis, componendisque, aut separandis ideis dirigit, quae ceterae scientiae veluti instrumento ad verum inueniendum, ordinateque explicandum utuntur: commentitiae sunt ideae innatae. **II.** Exstat apud homines scientia, eaque multiplex: veri necessarii a falso discernendi criterium est hoc principium: *nequit res eadem esse, et simul non esse.* **III.** Metaphysica contemplatur res a materia seu cogitatione nostra, seu reapse abstractas. Mundus non existit ex omni aeternitate, ut quidam cum Aristotele somniare videntur, sed est aliquo temporis initio de nihilo creatus. **IV.** Mundus est opus sicut Divina prorsus Sapientia conditum, ita fini, quem Deus in creatione intendit, plane conforme, ac propterea suo in genere perfectum. **V.** Verisimilior est, et communis hominum sensui, et statis naturae legibus magis consentaneum, caussas creatas etiam corporeas non esse meras effectuum conditiones, sed vim vere, ac proprie effectricem habere secundum certas motus leges, quae DEI Dominio subsunt, hinc vera miracula patrari posse conjectarium est. **VI.** Mens hominis diuersa est a corporis substantia, simplex, rationalis, natura sua immortalis: probabilius tunc creator, quando ea habetur corporis organici in foetu dispositio, quae ad obeundas praecipuas vitae functiones sufficiat. **VII.** Mirabilis mentis cum corpore consociatio neque in systemate caussarum occasionalium, neque per harmoniam praestabilitam recte exponitur, sed per influxum physicum, et mutuam utriusque substantiae abs se dependentiam. **VIII.** Brutis tribui debent motus spontanei, et quaedam cognoscendi vis; sunt igitur illorum animae a materia alienae, omni tamen ratiocandi facultate destitutae. **IX.** DEUM, seu Ens infinite perfectum existere validis adeo rationibus ostenditur, ut incredibile videatur, fuisse vniquam atheos theoreticos. Eius Prudentia non solum vniuersa, verum etiam singula administratur. **X.** Frustra contendunt minutii illi Philosophi, qui omnem Religionem a Deo reuelatam e medio tollere adlaborant, namque pro Christi Religione firmissima, et inconcussa militant argumenta, quibus nulla ratio refragari valeat.

# E X P H Y S I C A.

## I.

**P**rincipia physica corporum rite statuuntur moleculae quae-  
dam minimae viribus praeditae, quibus iam ad mutuum ac-  
cessum, iam ad recessum pro distantiarum varietate determinan-  
tur. **II.** Has vires in natura existere, darique earundem al-  
ternationes, amplissima cum experimentorum, tum observationum  
inductione invicte comprobatur. **III.** Vires istae in natura  
existentes ad certam aliquam, eamque unicam naturae legem  
reuocari possunt. **IV.** Hanc virium legem apte repraesentat  
curua unica continua, cuius ope praecipuae corporum affectiones:  
impenetrabilitas, extensio, cohaesio, figura sensibilis, elasticitas,  
mobilitas &c. plane exponuntur. **V.** Vis motrix mutua in

$\frac{M}{D^2}$

distantiis paulo maioribus solum accessum efficit =  $\frac{M}{D^2}$ , e qua

lege attractionis universalis massis directe, et distantiarum quadrato  
reciproce proportionalis deducitur grauitas corporum terrestrium.  
**VI.** Non vero e motu vorticoso, aut oscillatorio subtilis cu-  
iusdam substantiae, neque e rectilinea pressione. **VII.** Admissa  
eiusmodi attractionis lege sequitur primo: punctum extra sphae-  
ram in aequalibus saltus a centro distantia homogeneam pos-  
sum in eius centrum ita grauitare, ac si tota illius massa ibidem  
existaret. **VIII.** 2do: Punctum collocatum intra sphera,   
vel ellipsoidem cava in aequilibrio esse. 3to: attractionem  
punctorum intra sphera solidam positorum esse in ratione dire-  
cta radiorum, seu distantiarum a centro. **IX.** Centrum gra-  
uitatis in omni corpore datur, estque unicum. Pondera in aequi-  
librio sunt, si distantia a punto suspensionis sit iisdem reciproce  
proportionalis, unde machinarum effectus, et utilitates aestimare  
licet. **X.** Ad inuestigandas rerum corporearum mutationes  
summe necessaria est doctrina de motu. In motu aequabili  
**S = CT**, et **Q = MC**. **XI.** Spatia motu uniformiter ac-  
celerato confecta sunt ut quadrata temporum vel celeritatum; mo-  
bile impulsu duabus viribus, quarum directiones sunt ut latera  
cuiusdam parallelogrammi, diagonalem describit. **XII.** In  
conflictu corporum durorum celeritas communis post impactum  
est =  $\frac{MC}{M+m}$ . In collisione elasticorum ab incurrente dupla quan-  
titas motus amittitur, et a quiescente dupla adquiritur, estque hu-  
ius post impactum celeritas =  $\frac{2MC}{M+m}$ , illius vero =  $\frac{MC-mC}{M+m}$ .

**XIII.** Inaequalitas grauitatis in diversis terrae locis, et figura  
tellus.

celluris ad aequatorēm protuberans potissimum deduci potest  
e pendulis, quae si aequalia sint, et aequali tempore oscillen-  
tur, erit  $N: n = \sqrt{G}: \sqrt{g}$ . **XIV.** Si mobile motu com-  
posito feratur vno quidem accelerato, vel retardato agente direc-  
tionibus parallelis, altero vero aequabili, parabolam describit.  
Si vis ad punctum aliquod tendens quacunque ratione accelere-  
tur, describetur circa hoc punctum tanquam centrum virium cur-  
ua, seu trajectoria quaecunque.

**XV.** Quamcumque curuam  
mobile hisce viribus impulsum emetatur, semper areae a radio  
vectore descriptae erunt temporibus proportionales, et velocitas  
in unoquoque orbitae punto reciprocē, ut perpendiculum e cen-  
tro virium ad tangentē nascentium arcuum demissum. **XVI.**  
Circulus describi potest, quaecunque sit lex grauitatis, modo in  
aequalibus a centro distantiis aequalis fuerit. Vis centripeta  
duorum mobilium in diuersis circulis est ut quadratum velocitatis  
diuisum per radium circuli. **XVII.** Quod si grauitas sit

M

=  $\frac{M}{D^2}$ , mobilia circulos concentricos describentia habebunt ve-

locitates in ratione reciproca subduplicata distantiarum, et qua-  
drata temporum periodorum erunt ut cubi earundem distantia-  
rum. **XVIII.** Grauitas mobilis in ellipſi viribus centrali-  
bus reuoluti est in ratione inuersa duplicata distantiarum, quae  
lex grauitatis cum ad planetas tum primarios, tum secundarios  
pertineat, illorum motus per mutuam eorundem grauitatem, ac  
vim primae projectionis recte exponuntur. **XIX.** Ex iisdem  
mutuae, et uniuersalis grauitatis principiis lunaris motus inae-  
qualitates, ac anomaliae profluunt, nimirum actio solis grauita-  
tem lunae in terram minuit in fyzygii, auget in quadraturis;  
orbita lunae hyeme terra versante in perihelio magis expanditur,  
vnde inaequalitas in tempore periodico reuolutionis consequatur  
necessē est. **XX.** Apogaeum lunae progreditur in fyzygii,  
regreditur in quadraturis, quae progressio cum retrogradationem  
superet, sola sensibilis euadit. Ex inclinatione orbitae lunaris  
ad planum eclipticae motus retrogradus in nodis lunae efficitur.

**XXI.** Phaenomena aestus marini seu diurni, seu menstrui, seu  
annui in tellure nostra e coniunctis solis et lunae actionibus de-  
riuantur. **XXII.** Phases lunae, aliorumque errantium siderum  
a varia illorum ad solem positione, eclipses ab oppositione dependent.  
Sol motu vertiginis circa axem reuoluitur, maculae illius sive  
fuliginis quoddam crescentis genus. **XXIII.** Systema tel-  
luris motae cum obseruationibus astronomicis, et rationibus phy-  
sicis perfecte consentit, motus diurnus astrorum per motum ver-  
tiginis terræ, dierum, noctiumque vicissitudines, variaque longi-  
tudo, ac tempestates per terrestris axis parallelismum, et inclina-  
tionem ad planum eclipticae legitime explicantur. **XXIV.**

Co-

Cometas in numero planetarum habendos esse, ostendunt regulares eorundem orbitae; caudae cometarum, seu barbae, et crines non aliud videtur esse, quam exhalationes actione solis excitatae, et in auersam a sole partem ab eiusdem atmosphaera propulsae. **X X V.** Influxus astrorum in corpora nostrata nullus est praeter actionem lucis, et gravitatis. Porro lumen natura reponi non potest in pressione, aut oscillationibus aetheris, sed est ipsius corporis lucentis effluvium tenuissimum, propagatur successiue sine ulla resistentia in medio homogeneo, linea proxime recta, et intensitas illius decrescit in ratione inuersa duplicata distantiarum. **X X VI.** Lumen in mutatione medi mutat velocitatem; si velocitas oblique incidentis lucis minatur, vel augeatur, sequetur refractio, et quidem ad perpendicularum, si transitus fiat e medio rariore in densius, a perpendiculari vero, si e densiore in rarius moueatur. **X X VII.** Amissa lucis oblique illabentis velocitate fiet reflexio adeo, ut angulus incidentiae aequetur angulo reflexionis, eritque luminis reflexi eo maior copia, quo ceteris paribus maior fuerit incidentis obliquitas, ac differentia densitatum. **X X VIII.** Reflexio luminis, et refractio a mutuis actionibus inter lumen, et corpora reflectentia, aut refringentia repetenda est, non ab impactu immediato. Corpora diaphana dicuntur, quae lumen transmittunt, opaca, quae illud absorbent; pelluciditas oritur a virium homogeneitate, opacitas ab heterogeneitate. **X X IX.** In quois radio innumera sunt stamina constantem, et diuersam refrangibilitatem, et colorem habentia: color albus enascitur e radiorum omnis generis temperamento, ut nulla species ceteris dominetur, sed in aequilibrio sint omnes inter se. **X X X.** Colores iridis, prismatici, aliquique primigenii a diuersa lucis refrangibilitate, colores corporum opacorum a lamellarum crassitudine, et intervallis vicium proueniunt. **X X XI.** Ignis proprietates sunt subtilitas, corporum rarefactio, calor, eiusque diffusio ad aequalitatem, quibus expensis satis luculente efficitur, ignem elementarem, repudiato illo aetheris oceano, esse materiam lucis cum oleo corporum ardentium fermentantem. **X X XII.** Calor est vehementior partium motus ex oscillationibus ignis ortus, frigus eiusdem motus remissio. Congelatio peragi potest mutuo partium nisi sine falibus. **X X III.** Fluidum electricum est materia elastica admodum subtilis per omnia corpora terrestria quodammodo aequilibrata, ex eo corpore, in quo abundat, in aliud sese diffundens, in quo respectiue minor datur illius copia; sequuntur itaque electricitatis effectus e motionibus huius fluidi ad aequilibrium se restituentis. **X X IV.** Vapores generantur per resolutionem corporum maxime liquidorum, et mutatos cohaesionis limites. Tempestates fulmineae potissimum electricitati terrae, et nubium siue per excessum, siue per defectum electrici-

etricarum adscribi possunt; ab eodem fluido electrico terrae motus non incongrue repetuntur. XXXV. Fluiditas corporum a virium aequalitate petenda est, non a motu intestino, soliditas a vi in latus. Aqua constat moleculis admodum subtilibus, duris, et lubricis. Fontes existunt a vaporibus, niubus, et pluviis. Quaevis pars fluidi in omnem partem aequaliter premitur. XXXVI. Fluida in tubis communicantibus sunt in aequilibrio, quando eorum altitudines perpendiculares sunt reciproce ut grauitates specificae. Solidum fluido immersum amittit tantum ponderis, quantum est pondus fluidi sub aequali volume. XXXVII. Pressio in fundum vasis horizontalem est factum ex superficie fundi in altitudinem fluidi stagnantis, quaecunque sit vasorum figura. Ascensus fluidorum in tubulis capillaribns, fibrillis, radicibus &c. mutuis tubolorum, et fluidorum viribus perficitur. XXXVIII. Vis fluidum attollens, ac sustinens non est tota, et absoluta vitri attractio, sed excessus duntaxat attractionis tubuli supra mutuam actionem fluidi, nimirum =  $V_v - v_d$ , et substitutis peripheriae diametris =  $V_d - v_d$ ; hinc cum haec differentia pro varietate fluidorum multimodis variari possit, datur ratio, cur non omnia fluida ad eandem altitudinem euehantur: et quia mercurii cohaerentia vim vitri exsuperat, patet, cur mercurius infra libellam deprimitur. XXXIX. Aer est fluidum sui generis, pellucidum, elasticum, et quamvis mira corpusculorum heterogeneitate iniciatur, propria tamen, et distincta grauitate praeditum. Suspensio mercurii in barometro, syringarum, antliarum, siphonum, ventorum, aliaque eiusmodi phaenomena ab obtento, vel turbato fluidorum aequilibrio dependent. XL. Sonus est motus tremulus, et oscillatorius aeris prorsus analogus motui corporis sonori; soni variante variante pulsuum numero; est autem, ut in pendulis, furrogata in locum grauitatis vi elastica,  $N^2 : n^2 = lmG : LMg$ : intensio tonorum a singularum vibrationum magnitudine habetur.

## EX PHILOSOPHIA MORUM.

### I.

DEUS Naturæ Auctor hominem sine lege, & norma vagae licentiae permittere non potuit, sed debuit ad finem necessaria illi praecipere, et pugnantia prohibere; est igitur norma actionum, seu I. N. ordinatio Diuinae Sapientiae per dictamen synteresis naturae rationali promulgata. II. Principium cognoscendi Iuris Naturae immediatum, et proximum est recta constitutio crea-

creaturae rationalis, seu vera felicitas humanae reipublicae, ultimum Dei sapienter, et prouide hominem ad finem gubernantis perfectio. III. Lex naturae est absoluta, perpetua, nulli mutationi, exemptioni, aut dispensationi obnoxia; hanc ad actiones humanas applicat conscientia, cuius dictamen ultimum, ac praetitum saltem moraliter certum sit oportet. IV. Ad officia hominis erga Deum pertinet cognitio, fides facta reuelatione, cultus, et Religio non in internis tantum, sed externis etiam actionibus consistens. V. Nefas est violentas sibi manus inferre, mortemque directe consciscere, se mutilare, famam, et facultates proiicere, negligere tamen vitam, aliaque bona saepe licetum, immo non raro preeceptum est. VI. Vetitum item singularē illud certamen inire, quod a duobus ex priuatis causis sponte, et ex condito suscipitur designato loco, ac tempore ad occisionem, vel mutilationem, aut grauia vulnera infligenda. VII. E principio Iuris naturae ostenditur, non tantum mendacium perniciosum, sed omne omnino mendaciorum genus prohibitum esse, nec ullam siugi posse tantam necessitatem, quae illud a culpa excusat. VIII. Testamenta ex mente Xtorum Romanorum definita non sunt Iuris Naturae, nec successio ab intestato. IX. Officium hominis erga hominem exigit, pacta, et contractus legitime initos fernari; irritus Iure Naturae est contractus de re turpi, aut errore versante circa substantiam. X. Lucrum creditori ex mutuo supra fortem solius mutui caussa adueniens feclusa aliorum contractuum, aut titulorum ratione non posse Iure Naturae esse iustum, ex ipsa mutui natura cognoscitur.

## EX MATHESI.

### I.

Quantitates algebraicas inuicem addere, subtrahere, multiplicare, diuidere etc. II. Ad rectam datam ducere parallelam, aut perpendicularē erigere. III. Parallelogrammi, trianguli, polygoni, circuli aream inuenire. IV. Anguli verticales, alterni, externus, et internus ad eandem partem sunt aequales. V. Arcus dimidijs, quem chorda subtendit, est mensura anguli ad punctum contactus inter tangentem, et chordam. VI. Quadratum hypothenusae = summae quadratorum laterum. VII. In triangulo rectilineo omnes tres anguli duobus rectis aequaliter. VIII. In omni triangulo rectilineo sinus angulorum sunt, vt latera opposita. IX. Item summa duorum laterum est ad differentiam, vt tangens semi summae ad tangentem semi differentiae. X. In parabola quadrata semi ordinatarum sunt inter se, vt earum abscessae.

A.      M.      D.      G.



Vamvis plurima sint, quae in Astronomiam ex Micrometris derivata sunt emolumenta, illud tamen optandum huius scientiae cultoribus superesse videbatur, ut quedam removerentur incommoda, quae prohibebant, quominus tantae utilitatis instrumentum eam, quae in votis erat, accurrationem attingeret. Ea perpendens Bouguerius (a) ac praesertim illud, quod oculus oppositos limbos eiusdem corporis, aut geminorum eodem tempore distincte percipere non possit, quod necessarium omnino esset ad siderum diametros, aut distantias accurate definendas, in aliud incidit ingeniosissimum Micrometri genus, idemque utilissimum. Iussit vir solertissimus, in uno tubi extremo duas iuxta se poni obiectivas lentes, quae ipsissima gaudent foci distantia, in altero vero unicam lentem ocularem, qualis obiectivae debetur. A dupli lente geminae in foco efformantur obiecti eiusdem imagines, quae vel sese mutuo tangunt, vel exiguo spatio distant, aut intersecantur pro ratione magnitudinis imaginum ad distantiam inter centra duplicis lentis obiectivae. Observator per ocularem lentem contemplatur vel imaginum contactum, vel exiguum illud spatium, quo limbi mutuo distant, aut alter alteri superimponitur, quae, licet moveatur planeta, nullam subeunt variationem; atque utcumque sese res habeat, in promptu est artificium, quo apparens Diameter definiatur: simili ratione duorum siderum distantias metiri licet. Elegantissimum inventum vulgavit auctor anno 1748, eoque adhibito nonnullas habuit observationes.

Novi Micrometri fama in Angliam perlata in mentem revocavit Iacobo Shortio, quid simile coram Regia Societate lectum

A 2

fuis-

(a) Acad. Scient. Par. an. 1748. pag. II. edit. Par.

fuisse anno 1743. auctore Saveryo: rei memoria excitatus manuscriptum diligenter conquisivit Shortius, atque inter Societatis monumenta inventum publici iuris fecit anno 1753. (a)

Inventi summa eidem innitur Dioptrico principio duplicis Imaginis: quaedam tantum uberior exponuntur circa lentium obiectivarum formam, que varia esse potest, ut ex Dioptrica facilie intelligitur, ac praeterea proponitur methodus duplarem imaginem obtinendi per reflexionem ope duplicis obiectivi semispeculi concavi. Cum alter de altero nibil novetur, neutrius inventio alterius gloriae quidquam detrahitur: summam autem Astronomi Bouguerio gratiam habebunt, quod suum Micrometrum vulgando tanta utilitatis instrumentum in chartis pulvere, ac situ squalidis otiani non permiserit, immo aliis incitamento fuerit, ut animum ad meliorem illi formam conciliandam adiicerent.

*Vbi haec prodiere, de instrumento perficiendo cogitavit Dollondius: etenim uterque auctor de maioribus praecipue diametris Solis nempe, ac Lunae sollicitus aut de minoribus agere praetermisit, aut tantum generalia quaedam, quae ad praxim satis non essent, indicavit: ideo Bouguerius Heliotmetrum dixit, & Saveryus manuscripto titulum fecit Nova methodus metiendi differentiam inter apparentes Solis Diametros in telluris Perihelio, atque Aphelio. Ut igitur commodior esset, atque universalior Micrometri usus, aptavit Telescopii Gregoriani aperturae duas semilentes in eodem plano positas, ac metallicis laminis inclusas, ita ut ope dentatae rotulae pro libitu vel in integrum lentem coeant, vel ad datam distantiam se iungantur. In primo casu unica in foco apparet per ocularem lentem obiecti imago, in secundo duplex, quarum una, lentes distractabendo, ab altera ita disiun-*

gi-

(a) Transl. Phil. an. 1753. pag. 165.

gitur, at sese mutuo tangere videantur: tum vero regulae laminis semilentes deferentibus additae (quibus insculptum est illud divisionis genus, quod Nonium vocant) ostendunt in Micrometri particulis distantiam inter semilentum centra, ex qua diameter apprens obiecti arguitur in partibus circuli. Theca, cui semilentes inclusae sunt, ope alterius dentatae rotulae circa Telescopii axem in quamcumque partem revolvitur. Fusorem instrumenti explicationem videre est apud Dollondium ipsum (a), ac nostros Pezenatem (b) & Boschovichium (c). Vbi vitra diversa vi diffrabente praedita inventa sunt, ex iis semilentes construi coeperunt.

Tria praesertim huius Micrometri, quod Dollonianum vel obiectivum dici consuevit praestantiam maxime commendant. Primum, quod observator in unicum imaginum contactum oculum intendere debeat, eumque contemplari possit per quantumlibet temporis spatium, quin Planetae motus officiat, quia hic geminae imaginis unius ad alteram positionem non turbat. Secundum, quod eadem facilitate metiri possumus Planetae diametros secundum quamcumque directionem: diameter enim cuius magnitudo a Micrometro habetur, est parallela linea, secundum quam semilentum centra moventur: quia vero ea linea in gyrum revolvitur, cuicunque diametro, aut distantiae fieri potest parallela: hinc eas secundum quamcumque directionem metiri licet. Tertium, quod cum magna non sit longitudinis, & commodissime tractetur, locum aptum ad observandum difficile non sit invenire, ac plures intra breve temporis intervallum haberri possint observationes, eaeque, cum opportunum videbitur, sine magna observatoris molestia repeti.

## A 3

quod

(a) Trans. Phil. an. 1753. pag. 178., &amp; an. 1754. pag. 551.

(b) Mem. de Math. an. 1755. pag. 68.

(c) Ad calcem Opt. de la Caille Ed, Vindob.

quod maximi est emolumenti, & cum de subtilioribus agitur, omnino necessarium: nam ex observationum repetitione minuntur, qui in eas irrepere solent errores, ac removentur quas caussae Physicae non satis compertae vel importune largiuntur, vel clam subripiunt, quantitates.

Etenim si duae observationes mutuo non cohaerent, non continuo earum vitio id est tribuendum, cum plura sint, quae dissensum parere possunt. Prima caussa est fluidum, quo celestia corpora circumambiuntur (sive atmosphaeram dixeris, sive alio nomine nuncupaveris, nihil mea refert) a cuius vario statu radii luminis a diametri extremitatibus emissi diverse inflectuntur, cum in aetherem transeunt. Altera est aliqua in ipsis Planetarum diametris inaequalitas. Tertia in nostra atmosphaera posita est, quae licet nobis multo minus illudat, quam maioribus nostris, nondum tamen penitus illudere desit. Vapores in massas quasdam ita conformari possunt, ut vitra vel convexa, vel concava quadamtenus aemulantes Planetae diametrum varient extra consuetas refractio-  
num leges. Observavit Mairanius ad altitudinem graduum decem Solem ita ellipticum, ut oculari aestimatione diametrum horizontalem iudicaverit tertia circiter sui parte verticali maiorem: in ea igitur altitudine, in qua ex refractionum tabulis verticalis diameter vix minui debuisse quarta scrupuli pri-  
mi parte, imminuta fuit circiter decem (a). Fieri proinde potest, ut in Maiori quoque altitudine diametri sensibilem aliquam variationem subeant. Accedit, quod Coelo etiam sereno plures interspersi sunt vapores, qui pro diversa sui copia ex-  
tremos obiecti radios plures paucioresve intercipiunt, ac pro di-  
versa natura nunc violaceos potius, quam rubeos, nunc contra;  
ex quibus fit, ut imago, et si ceterae omnes removeantur cauf-  
sae,

(a) Acad. Par. 1733. pag. 457i

sae, constantem magnitudinem servare non possit. Quarta caussa est varia oculi affectio, non solum in diversis observatoribus, verum etiam in eodem aliis, atque aliis temporibus: cum a radiis heterogeneis plures in foco pingantur obiecti imagines ad diversas distantias, prout oculus ad unum radiorum genus potius, quam aliud percipiendum fuerit dispositus, obiectum vel auctum videbitur, vel imminutum. Praeter has caussas esse possunt & aliae, quae vel menti nunc non occurunt, vel me omnino latent, aut fortasse etiam omnes: videmus enim in dies novas caussas e suis latebris, ex quibus Astronomorum computos furtim subvertere quodammodo gestiebant, observatorum industria in apertam lucem productas ab insidiis cessare. Cum igitur tam multa sint, quae solertissimum quemque observatorem decipere possunt, utilissimum erit in idem saepius inquirere, ut quae a reliquis dissentient observationes, utpote ab aliqua ex enumeratis caussis vitiatae, reiici possint. Ad id autem nullum Micrometrum aptius, quam obiectivum, quod omnium est commodissimum.


Neque a theoria dissentit praxis, ut praecclare demonstrant observationes circa Veneris diametrum in eius postremo per Solem transitu. Communi Micrometro eam invenit Vargentinus Astronomus Stokolmiensis 50', at Braunius Astronomus Petropolitanus 64' (a): ceteri plerumque intra hos limites vagantur, non desunt tamen, qui eos praetergressi sint. At Micrometro obiectivo inventa non est minor 57", neque maior 59", 8 (b): posterior haec differentia ad priorem se habet ut 1 ad 5, quod quantus sit in hoc genere profectus, nemus non videt. Miror proinde non deesse, qui de huius instrumenti praestantia dubitent, quam non theoria solum, verum etiam praxis ipsa tantopere commendat.

A 4

Cum

- (a) P. Hell Obs. transf. Ven. pag. 99.  
 (b) Vide num. XVI.

Cum anno superiore Praenestinus Princeps Iulius Cae-  
sar Barberinius summa, qua me complectitur, humanitate  
Telescopium Catadioptricum obiectivo Micrometro instructum  
a Iacobo Shortio elaboratum, atque ad Astronomiam promo-  
vendam aliquot abbinc annis magno sumptu ex Anglia Ro-  
manam transvectum ad plures menses mibi libere utendum com-  
modasset, ne Patroni scientiae rerum Coelestium singularis er-  
ga nos benevolentia suo fructu vacaret, opportunitatem ar-  
ripiendam duximus subtiliora quaedam circa Planetarum dia-  
metros examinandi, quae alio instrumenti genere definiri  
non posse censemus. Ut huic igitur exercitationi materies  
subministretur, quae observavimus, proferemus adiuentes,  
quae legitima inde ratiocinatione consequi nobis videntur.



## §. I.

# DE SOLIS FIGVRA TVM VERA, TVM APPARENTI.

### I.

**C**irca veram Solis figuram communis est Astronomorum consensus, eam Sphaericam esse, vel saltem a Sphaerica sensibiliter non recedere; apparentem vero Ellipticam statuunt, cuius maior axis cum horizonte congruit, propter verticalis diametri imminutionem a refractione ortam, quae tanta aliquando est, ut imperitissimus quisque sine ullo instrumentorum apparatu de ea iudicare possit. Utramque sive sententiam, sive positionem in dubium revocavit Bouguerius: cum enim per Heliotrum a se inventum horizontalem Diametrum cum verticali comparasset mense Octobri anni 1747. Sole circa meridianum versante, praeter exspectationem hanc illa semper maiorem invenit (a). Duplarem commentus est huius phaenomeni caussam Astronomus acutissimus: suspicatus est primo veram ali-

quam inter Solis diametros inaequalitatem, ad quam etiam determinandam est progressus. In ea, qua Sollem observavit altitudine, Diameter verticalis minui debuit a refractione 2"; observavit autem maiorem horizontali integro scrupulo secundo, vel saltem dimidio: ergo diameter verticalis a refractione correcta fuit horizontali maior saltem 2", 5: quia vero ad diametrum verticalem in meridiano accedit axis rotationis Solis, atque ad horizontalem eiusdem aequator, hinc arguit, axem Solis aequatoris diametro maiorem 750. ma circiter sui parte, ac Solis figuram Sphaeroidicam ad aequatorem depresso, contra quam haec tenus in reliquis corporibus sit observatum. Altera causa, quam protulit, est diversa radiorum luminis refrangibilitas: ubi enim Solares radii atmosphaeram ingrediuntur, easdem patiuntur vices ac in ingressu in vitrum; in varios scilicet fasciculos dispersiuntur, quorum alii maiorem, minorem alii patiuntur refractionem. Si igitur ex limbo superiori prioris generis radii, posterioris vero ex inferiori ad oculum transmittantur, aliquod fiet in verticali diametro incrementum supra horizontalem. Res deinde clarius enucleabitur.

Cum prudentis Astronomi sit iudicium non ferre nisi re satis explorata, nihil certi definivit Bouguerius, sed in aliud tempus rem maturius examinandam distulit, quod tamen aliis distentus curis aut praetermisit, aut non vulgavit: Monnerius enim anno 1761, Bouguerio iam vita functo, hac de re agens observationum tantum meminit, quas non attulimus (a).

II.

(a) Acad. Par. an. 1761. pag. 333.

## II.

Vt primam ex geminis caussis examinandi subiicerem, axem & diametrum Aequatoris diligentius observare coepi circa finem maii superioris anni, quo tempore rotationis Poli in ipso Solis horizonte seu limbo versantur (a), idque mane, ac vespere, cum per Icoelum licuit: diversam enim ad nostrum horizontem positionem plurimum adiumenti allaturam praevidebam ad veram caussam detegendam. Ex nota axis Solaris positione in Ecliptica, ac tempore, circa quod observare statueram, facile fuit tum axis, tum diametri Aequatoris inclinationem ad nostrum horizontem invenire pro tempore, quo erant instituendae observationes; in quo summa necessaria non fuit accuratio, nam deprehendi per horam nullius momenti fieri variationem. Instante igitur observationis tempore Micrometrum ad horizontem inclinavi, ut axis vel diametri positio requirebat. Observationes exhibet Tabula prima, in qua praeter observationum tempora in tertia columna habetur diameter Aequatoris; in quarta axis, dempto utrobique minimo particularum numero, adeoque qui minimus apparuit ponitur = o: in quinta differentia, quae excessum indicat diametri Aequatoris supra axem, si nullo notetur signo, defectum vero, si praecedat —: in sexta inclinatio diametri observatae ad horizontem; in ultima centri Solis altitudo.

Ex observationibus matutinis prodit, subductis negativis, differentiarum summa in particulis Micrometri 1, 3 = 1, 1, quibus divisis per 12 coniugationum

numerum fit excessus medius diamet*i* Aequatoris supra axem  $o''$ , 1; quare si axis prout observatus est, dicitur  $a$ , erit diameter Aequatoris  $a \pm o''$ , 1. Inclinatio media diametri Aequatoris est graduum 39, 1, axis vero 50, 1: altitudo media centri Solis, quo tempore observata fuit diameter, est graduum 36, 8, quo vero tempore observatus fuit axis, 35, 8: ex quibus elementis eruitur diametrum a refractione imminutam fuisse  $o''$ , 7, axem vero  $1''$ , 1: in corrigendis autem diametris a refractione, semper usi sumus tabula a Caillio tralita. Remota igitur refractione ex observationibus matutinis axis =  $a \pm 1''$ , 1, ac diameter Aequatoris =  $a \pm o''$ , 8, adeoque axis diametro major  $o''$ , 3.

At ex observationibus vespertinis differentiarum summa est 22, 6 = 19'', 2, adeoque excessus medius diametri supra axem 1'', 6, ac posito axe non correcto =  $a$ , erit diameter =  $a \pm 1''$ , 6. Inclinatio media diametri fuit graduum 66, 3, axis 24: altitudines mediae 37, 7, & 37, 2. Hinc propter refractionem diametro addendum 1'', 4, axi vero  $o''$ , 3, adeoque diameter fit =  $a \pm 3''$ , atque axis =  $a \pm o''$ , 3: ergo ex observationibus vespertinis diameter axem superat 2'', 7.

### III.

Si medium quantitatem inter eas, quas utraque observationum series suppeditat, eligamus, diameter, quae Bouguerio visa est minor axe 2'', 5, nobis maior prodit 1'', 2, quod satis aperte ostendit, nostras observationes coniunctas fuisse cum caussis, quae axem minuerint, illius vero cum contrariis. Quod

Si observationes nostras attentius perpendamus, idem facile intelligemus: omnibus enim aliis remotis causis, & quacunque posita diametrorum inaequalitate, mediis quantitatibus ex utraque serie deductis inesset errorum summa saltem 3", quae vix aliquando repetitur in binis observationibus mutuo comparatis: quare non ex diametrorum inaequalitate, saltem praecipue, sed ex alia caussa repetendus est dissensus ille inter observationes Bouguerianas & nostras, atque ex nostris inter utramque seriem.

Neque vero difficile erit ex ipsis nostris observationibus eam caussam eruere. In prima serie, in qua inclinationes axis ac diametri cum horizonte parum inter se differunt, alter alteri quam proxime aequatur: at in secunda, in qua diameter Aequatoris ad verticalem circulum multo propius accedit, quam axis, illa inventa fuit isto multo maior: ex quo arguere licet, praecipuam eius discriminis caussam esse diametri observatae positionem ad horizontem.

#### IV.

Hinc gradum feci ad mutuam diametrorum verticalis atque horizontalis comparationem; ex qua ut aliquid certi eruerem, observationes institui quatuor diversis diei temporibus ad altitudinem scilicet Solis graduum 16, & 41 circiter, idque mane, ac vespero diebus varie inter se distantibus, a 17. Iunii ad 17. Septembris, ut si qua est in Solis diametris inaequatas, earum diversa ad horizontem positio variabiles produceret effectus, ac saepe alias aliis contrarios,

adeo-

adeoque differentia media inter diametrum horizontalem , & verticalem prodiret quam maxime correcta.

Observationes habentur in tabula 2. in cuius columna quinta differentia exhibet excessum diametri verticalis supra horizontalem , si nullo notetur signo, defectum vero , ubi apposita est — : in reliquis eundem servavimus stilum , ac in prima tabula.

## V.

Ex prima serie colligitur differentiarum summa in particulis Micrometri — 1 = — 0'', 85 , ac facta divisione per 16 differentiarum numerum fit differentia media 0'', 05 , qua observata diameter verticalis exceditur ab horizontali. Ut observationes a refractione corrigantur , in omnibus diametrum Solis posui 31', 7 , quae media circiter est inter observatas : in prima serie altitudo media centri Solis fuit graduum 17, 7 , in qua refactio diametrum verticalem minuit 5'', 56 , ac proinde diameter verticalis a refractione correcta erit horizontali maior 5'', 56 — 0'', 05 = 5'', 51 .

In secunda serie altitudo media Solis est graduum 41, 2 , differentiarum summa 56 = 47'', 6: hinc excessus verticalis diametri supra horizontalem 3'', aditisque propter refractionem 1'', 4 verticalis horizontalem superat 4'', 4.

In tertia differentiarum summa est 28, 6 = 24'', 3, adeoque excessus medius diametri verticalis supra horizontalem est 1'', 5. Altitudo media Solis fuit graduum

duum 41, 3: additis proinde propter refractionem 1", 4 fit verticalis diameter maior horizontali 2", 9.

In ultima observationum serie differentiarum summa est — 24, 6 = — 21"; hinc verticalis diameter ab horizontali ex observatione superatur 1", 3. Altitudo media Solis sicut graduum 15, 6, in qua verticali addenda sunt 7", 1 propter refractionem: quare verticalis diameter a refractione correcta horizontali maior est 7", 1 — 1", 3 = 5", 8.

Observatum discrimen verticalem inter, atque horizontalem diametrum *Distractionem* libet appellare, quia, ut deinde intelligetur, a vi radios distrahente originem dicit. Quanta sit in aliis altitudinum gradibus distractio, quamque legem servet, definire non licet, nisi ubi similes in aliis Solis elevationibus instituae fuerint observationes; in proximis tamen gradibus sine sensibili errore proportionis regula poterit adhiberi.

## VI.

Cum erroris non levem suspicionem iniecerit differentia inter distractionem matutinam, & vespertinam ad eundem altitudinis gradum 41, rem rursus experiri nuper volui, concessso iterum mihi Telescopio. Die 27. Iulii rem aggressus ad 9. usque Augusti diligentius eam differentiam observavi; non enim bis unam diametrum, ac semel tantum alteram, ut ante, sed bis utramque metitus sum per dies sex, ac differentiam adhuc aliquanto maiorem inveni: non est igitur, cur obseruationes erroris insimulem.

## VII.

## VII.

Curavi etiam, ut inter unam, & alteram observationem plusculum temporis interciperetur, ne oculus defatigatus ad imaginum contactum definiendum fieret minus aptus, & ne a Solis calore aliquid variationis pateretur Micrometrum propter metalli dilatationem, prohibito Sole a Telescopio peracta observatione.

Examinavi autem quam diligentissime, utrum aliquod in instrumento celaretur vitium, a quo saltem ex parte manaret diametri verticalis incrementum. Ad eum finem duos aequales circulos ex charta alba tabulae nigrae applicui, eorumque distantiam in situ tum horizontali, tum verticali observavi Micrometro ab iisdem remoto passibus circiter 70. Ne in horizontali situ, in quo maius est errandi periculum, recta coniungens circulorum centra oblique obiiceretur Telescopio, descripto praegrandi circino, palmarum nempe 7, in pavimento angulo recto, curavi quanta fieri potuit diligentia, ut axis Telescopii eam ad perpendicularum, ac bifariam secaret: in verticali situ facile fuit perpendiculari id obtainere. Observatio- ne octies repetita in utraque positione deprehendi, verticalem circulorum distantiam ab horizontali superari quantitate omnino contemnenda, sexta scilicet scrupuli secundi parte: angulus vero, quem ea distan- tia subtendere visa est, fuit diametro Solis, quam proxime aequalis.

## VIII.

Remota omni vitii suspicione a Telescopio, dia- metri verticalis incrementum Astronomis ante Bougue-  
rium

rium incognitum extra omnem dubitationis aleam possum est. Non solum singulae series illud demonstrant, verum etiam singulae observationes; nam ex iis, quae in maiori altitudine habitae sunt, nulla ipsi contraria ne videtur quidem, ex reliquis vero aliquae imminutionem ob oculos ponunt, sed a refractione correctae augmentum continuo produnt. Accedit, quod eam a se observatam an. 1760. Heliometro pedum 18 circa Solis Apogaeum paucis abhinc diebus nobis affirmavit Landius Astronomus Parisiensis Ephemeridum, ac plurimum opusculorum auctor iamdiu notissimus, ac praesertim Astronomiae, quam etsi nondum videre licuerit (expectamus autem propediem maximo cum desiderio) quin opus sit absolutissimum, ex iis, quae iam edidit, non dubitamus. Ipse quidem differentiam nostra minorem reperit, sed fortasse in atmosphaerae statum incidit, qui minus illi faveret.

## IX.

Determinata distractione, ex observationibus primae tabulae vera diametrorum aequalitas, aut inaequalitas definiri certius poterit, ad quod tamen confidendum ponere liceat, distractionem circa Solis discum ita distribui, ut inde Figura Elliptica oriatur, cuius maior axis sit verticalis diameter; haec enim figura ad veritatem quammaxime accedet, & cum in minimis versemur, inde non profluent errores nisi insensibiles.

In observationibus matutinis altitudo media Solis fuit graduum 36 (II), in qua diametro verticali congruit distractio 4", 6. Inclinatio diametri aequatoris ad horizontem fuit graduum 39 (II): ex natura ita-

que Ellipsis parum admodum a circulo abludentis fiat ut 100 quadratum radii 10 ad 40 quadratum sinus 39 graduum, ita 4", 6 ad 1", 8 distractionem diametri Aequatoris. Ex altitudine Solis gradum 36, & inclinatione ad horizontem gradum 50 (II) invenitur distractio pro axe 2", 7. Cum utraque magnitudo subducenda sit, ut mensurae prodeant correctae, habita huius tantum aequationis ratione axis fit minor diametro 0", 9: sed ex iisdem observationibus axis inventus fuit diametro maior 0", 3 postquam uterque a refractione fuit correctus (II) ergo axis minor est diametro 0", 6.

In observationibus Pomeridianis, in quibus Sol obtinuit 37.<sup>um</sup> altitudinis gradum, diametro verticali debetur distractio 3", 3: hinc diametrum Aequatoris, cuius inclinatio ad horizontem fuit gradum 66 (II) affecit distractio 2", 8; axem vero gradibus 24 inclinatum 0", 5 ex quibus fit axis diametro maior 2", 3: sed inventus fuit minor 2", 7 (II) ergo axis minor est diametro Aequatoris 0", 4.

Ex his illud saltem conficitur, axem non esse diametro Aequatoris maiorem, ac multo minus ea magnitudine, quam Bouguerius est suspicatus: utrum vero minor sit semiscrupulo secundo, quod inter Antemeridianas, & Pomeridianas observationes consensus suadere videtur, propter rei exilitatem affirmare non asum, sed methodum potius propono, qua res aptius possit investigari.

Cum axis Eclipticae ab axe revolutionis parum admodum distet, unus pro altero haberi potest, ac diameter illi perpendicularis pro Aequatoris diametro.

Observetur proinde Sol secundum utramque directio-  
nem, cum axis Eclipticae ad horizontem inclinatur  
gradibus 45, totidem enim gradibus inclinabitur & dia-  
meter Aequatoris, quamobrem observationes eadem  
afficientur tum refractione, tum distractione: nihil igi-  
tur, aut fere nihil erroris ab ipsis erit timendum.

## XI.

Postquam observationes fatis superque, ut nobis  
videtur, expendimus, ad solis figuram tum veram tum  
apparentem definiendam progredi licet. Quod ad pri-  
mam attinet, a communi circa eius sphaericitatem sen-  
tentia recedendum non est: eam etenim observationes  
Bouguerii certe non destruunt, nostrae vero vel illi  
non adversantur, vel exile adeo a sphaera discrimen  
exhibit, ut circa illud sollicitudinem omnem abiicere  
Astronomi possint, donec meliora proferantur.

Quod ad alteram spectat, Elliptica quidem illa  
est, vel ab Elliptica parum ab ludens, sed quae diver-  
sum habeat ad horizontem positum in diversa supra  
eundem elevatione. Si distractio minor sit imminu-  
tione illa, quae a refractione oritur in verticali dia-  
metro, & Astronomis omnibus iamdiu notissima est,  
axis maior Ellipseos erit horizontalis; verticalis enim  
magis minuitur a refractione, quam a distractione au-  
geatur; erit proinde horizontali minor. Contra ve-  
ro si distractio eadem imminutione maior sit, axis ma-  
ior erit verticalis: ubi una alteri aequetur, figura fiet  
circularis. Quia vero, ut ex hisce observationibus li-  
quet, ubi Sol ex horizonte ascendere coepit, verti-  
calis diameter a distractione minus augetur, quam mi-

natur a refractione, ac differentia inter augmentum, atque imminutionem decrescit usque ad certum altitudinis gradum, post quem distractio fit imminutione maior, Sol ex horizonte ascendens priorem tuetur figuram usque ad certam elevationem, in qua fit circulalis; ellipticam deinde formam rursus induit, sed priori contrariam.

In quo elevationis gradu Sol fiat circularis, ex prima & quarta observationum serie facile intelligitur. Etenim ex prima distractio est  $5''$ , 5 ad altitudinem graduum 17, 7, ex quarta vero  $5''$ , 8 in gradu 15, 6 (V): quare in gradu 16, 6 erit distractio  $5''$ , 65; imminutio vero ex refractione est  $6''$ , 3, ex quibus arguere licet, circa gradum 18, augmentum diametri verticalis ex una caussa imminutioni ex altera fieri aequale.

## XII.

At undenam haec oritur distractio? caussam a Bouguerio productam hac in re satis probabilem arbitramur. Sit enim altitudo vera inferioris limbi  $a$ , superioris  $A$ , adeoque diameter Solis tum horizontalis, tum verticalis  $A - a$ , sensibilem enim ipsis diametris inaequalitatem inesse, hactenus ostensum non est, & parallaxim negligimus. Refractio, quam exhibent tabulae pro inferiori limbo, sit  $R$ , pro superiori  $r$ , erunt ex communi Astronomorum doctrina altitudines apparentes inferioris limbi  $a + R$ , superioris  $A + r$ , ac proinde apparentis verticalis diameter  $A - a + r - R$ ; diameter nempe verticalis apparentis minuitur differentia refractionum utriusque limbi, quae imminutio in diametro horizontali locum non habet, cum utraque extre-

extremitas eandem patiatur refractionem. At  $R$ , &  $r$  sunt refractiones debitae radiis eadem refrangibilitate praeditis, ut constat ex methodis, quibus illae determinantur, & radii ex inferiori Solis limbo atmosphae-ram penetrantes in heterogenea fila dispergiuntur, quorum aliqua minorem subeunt refractionem, quam a tabulis ponitur: ergo ad nos pervenient radii ex al-titudine minori quam  $a + R$ ; ea dicatur  $a + R - D$ : ex iis vero, qui ex superiori limbo profluunt, aliqui maiorem patiuntur refractionem, adeoque ex maiori altitudine manare videntur, quam  $A + r$ ; ea dicatur  $A + r + d$ . Hinc apprens verticalis Diameter erit  $A - a + r - R + d + D$  maior ea, quae communi me-thodo invenitur, quantitate  $d + D$ , quae distractionem constituit. Magnitudines  $d$  &  $D$  esse possunt vel aequales, vel utcumque inaequales, aut alterutra etiam nulla, pro diversa radiorum refrangibilitate, cui respon-det tabula refractionum: quamvis enim Astronomi medium prae oculis habuerint, vel eam non attige-runt, vel si in una assecuti sunt altitudine, errare faci-le potuerunt in alia. Pro diversis etiam vitris colora-tis, quibus ad Solem observandum utimur, magnitu-dinum  $d$ , &  $D$  una erit altera maior, prout vitra ra-tione coloris, quo imbuta sunt, copiosius transmittunt radios maxima, quam minimae refrangibilitatis, aut contra. Attamen earum summa  $d + D$  in eadem alti-tudine, ceteris remotis caussis, saltem ad sensum erit eadem, atque variata altitudine refractioni quampro-xime proportionalis.

## XIII.

Verum ab ea ratione plurimum recedunt obser-  
vationes. In altitudinis gradu 16, 6 distractio est 5'',  
65 (XI) scilicet pars 37.<sup>a</sup> refractionis, quae illi altitu-  
dini congruit: in secunda observationum serie pars  
17<sup>a</sup>, in tertia 26<sup>a</sup> respondentis refractionis, quae sa-  
tis aperte ostendunt, allatam caussam a vario diversis  
temporibus atmosphaerae statu, vel radiorum per eam  
itinere sensibiliter turbari. Cum distractio ab atmo-  
sphaera pendeat, ab huius inconstantia sensibiliter va-  
rietur, necesse est, pro diversa scilicet vaporum co-  
pia, & natura, qui Solem inter & observatorem inter-  
cipiuntur, ac praesertim prout magis, minusve homo-  
genei sunt. Etenim cum heterogenei vapores alii  
aliis succedunt, inconstantiam quamdam in refractione  
generant, unde crebrae quaedam in Solis imagine o-  
scillationes, ex quibus cum una succedit alteri, ante-  
quam haec a retina oblitteretur, diameter verticalis ali-  
quatenus augetur. Hinc primum minor inventa est di-  
stractio ad eandem altitudinem graduum 41 in obser-  
vationibus vespertinis, quam matutinis; in illis enim a calo-  
re vapores fiunt magis homogenei: secundo minor est  
prope horizontem distractionis ad refractionem propor-  
tio, quia maior vaporum copia, quos Solare lumen prope  
horizontem traiicere cogitur, extremos radios, a qui-  
bus habetur distractio, utpote debiliores extinguit: ter-  
tio ad eamdem altitudinem, eademque hora diversis die-  
bus alia prodire potest distractio, ut mihi contigit circa  
quadragesimum primum altitudinis gradum observa-  
tiones hoc anno repetenti intra quatuordecim dierum in-  
tervallum (VI): distractionem etenim reperi sere 2'' mi-  
norem

norem: fieri nempe facile potest, ut per plures dies eumdem fere statum atmosphaera tueatur. Superioris autem anni observationes istis praeferendas censui, quia cum aliae ab aliis pluribus diebus distent, adeoque in diversos atmosphaere status incidere debuerint, ad medium distractionem determinandam visae sunt aptiores.

## §. II.

### DE VENERIS DIAMETRO.

#### XIV.

**E**T si Veneris diameter in postremo per Solem transitu commodissime observari potuerit, atque ab innumeris Astronomis, aliis atque aliis instrumentis, ac methodis dimensa fuerit, aliquid tamen dubii superesse fatebitur, qui ad examen revocaverit observationes. Etenim quae communibus Micrometris institutae sunt, ex ipsa inter se discrepantia satis incertae deprehenduntur, ut iam monuimus (p. 7.): methodus vero diametrum determinandi per moram Planetae in horario quam facile aliquot secundorum errorem secum trahere possit, norunt Astronomi, atque utraque methodus cuidam vitio est obnoxia, de quo mox dicam. Accuratissima habetur, quae Veneris diametrum arguit ex tempore inter exteriorem atque interiorem contactum in ingressu aut egressu Planetae a Sole, & quae hac ratione ex melioris notae observationibus determinatae sunt diametri, maxime inter se congruunt, nam parum admodum excedunt, aut deficiunt a scrupulis secundis 58: at illud officit, quod obiectum opacum in fundo lucido minuatur (quae causa duas etiam prio-

res methodos vitiat) propter luminis arberrationem in tubis Opticis, ex qua fit, ut radii ex circumferentia Solis Planetae proxima prodeunt versus Planetam ipsum inflectantur, eiusque magnitudinem minuant, nisi forte observatio fiat novo vitrorum genere a Dollondio invento. Accedit, quod exterior contatus observari omnino non possit, sed tantum determinari momentum temporis, quo deficiens Solis particula sit primo, vel ultimo sensibilis; diameter proinde hac ratione determinata semper minor est vera, neque constat, qua magnitudine sit augenda. Rem observationibus egregie confirmat Iacobus Shortius (1). Perpendendae iam restant observationes obiectivo Micrometro institutae, accuratissimae illae quidem, sed quae aliquid desiderandum relinquunt.

## XV.

Duplex distinguendum est obiectivi Micrometri genus, Achromaticum unum, scilicet sine coloribus, Chromaticum alterum: primum est, in quo per lentes inaequali vi distrahente praeditas remotis erroribus ex diversa radiorum refrangibilitate ortis colores apparere non debent: alterum, quod colores non respuit. Quod ad primum attinet, et si videatur, obiecti lucidi imago huiusmodi Micrometro aequo maior non fieri, quod radii ex eodem puncto manantes in unico puncto coeant, difficillimum tamen est, ut res accurate succedat, nisi casus opem ferat: etenim in tam multis artifex errare potest, ut etiam peritissimus quisque aliquid humani patiatur necessis sit. Hoc praeclaris-

(1) Transl. Phil. an. 1762. pag 621.

clarissimo invento illud sane obtinetur, ut errores plurimum decrescant, quod maximi erit emolumenti praesertim in Astronomia; at raro admodum accidet, ut omnino destruantur; quod si forte contingat, ea de re certi non erimus nisi post diligens circa instrumentum examen, cuius instituendi rationem, nescio, an quam docuerit. Accedit, quod aliquod in ipso oculo necessario fieri debeat imaginis incrementum, qui enim radii ex eodem imaginis lucidae puncto oculum ingrediuntur, punctum retinae titillare non possunt, quin etiam proxima moveant: punctum proinde imaginis percipitur ut aliquam habens latitudinem; tota igitur imago amplificabitur. Tertio, cum de Planetis agitur in Sole conspicendi, adhiberi solent vitra colorata, aut fumo infecta, quae Solis radios plus, minusve dispergendo Planetae magnitudinem minuant.

## XVI.

His animadversis ad ipsas observationes venientibus Iacobus Shortius Londini ter diametrum Veneris reperit 58'', 9 ac semel inter nubes 59'', 8 (1): Greenius Grenovici 57'' (2) alii 58'' (3): Cantonius Londini 58'' (4): Malletius Upsaliae in Svecia inter 57'', & 58'' (5): Masonius ad caput Bonae Spei 59'', 6 (6): Haydonius Leskardiae 59'' (7). In Seminario Romano ab aliquibus ex nostris 59'', 7. Micrometrum, quo usus fuit Shortius, erat Achromaticum, reliqua omnia Chromatica fuere.

C

Ex

(1) Transl. Phil. an. 1751. pag. 181. (2) Pag. 176. (3) Pag. 237. (4) Pag. 182. (5) Pag. 229. (6) Pag. 384. (7) Pag. 206.

Ex his quae 58" non excedunt, diametrum Veneris imminutam exhibuisse ex caussis, quas diximus, certum est: nam ex emersionis tempore diameter prodit 58'; ex aliquibus quidem observationibus aliquanto minor, sed ex aliis maior, eaque in re facilius est per defectum, quam per excessum errare; quo enim inferioris notae sunt Telescopia, eo magis minuitur Veneris diameter, eaque maior est ultima deficients Solis particula, quae nostro visui se subripit, ita ut hac in re maxima potius diameter hac methodo inventa sit attendenda, cum & ipsa aliquo indigeat augmento. Cum autem demonstratum sit, diametrum Veneris ea maiorem esse, quae ex emersionis tempore prodit (XIV), apertum est, eam 58" maiorem fuisse. Reliquae ad veritatem magis accedunt; sed quis affirmet, nihil ipsis esse addendum? sicuti ceterae augendae sunt, ita fortasse & earum maxima licet minori quantitate.

Difficultatem sensisse videtur Shortius, ideo Veneris diametrum quater observavit extra Solem ad eruendam diametrum in Sole, atque ex eius cum observata comparatione correctionem definiendam. Observationes per literas communicavit P. Hellio (1), qui ex singulis diametrum Veneris in Sole visae in reciproca distantiarum ratione determinavit

	<i>Diam. Ven.</i>	<i>Diam. Ven.</i>
<b>Maii Die</b>	1      47", 6	Die 6 Iun. 57", 7
	8      43, 7	59, 5
<b>Iun.</b>	20     51, 5	56, 8
<b>Iul.</b>	5      41, 5	56, 7
		<hr/>
		Media    57, 7

Ex

(1) Obs. Trans. Ven. ante discum Solis pag. 43.

Ex observationibus nimirum diametri extra Solem prodiret diameter in Sole minor observata plusquam integro scrupulo secundo: Telescopium proinde minus augeret obiecta lucida, quam obscura, quod fieri omnino non potest, nisi forte caussa quaepiam turbans sese intermisceat, quod ipsum observationes redderet ad rem definiendum minus idoneas. Certe in Transactionibus Philosophicis eas non reperio, licet observator per otium de Veneris diametro differat (2). An non & ipse, ubi ad examen revocavit, negligendas censuit?

### XVII.

Sicuti alienae non satisfaciunt observationes, ita neque nostrae, quas edidimus in exercitatione de Veneris per Solem transitu an. 1761. Cum ab aliquibus ex nostris observata fuisse Venus in Sole Micrometro, quod praे manibus habemus, & Chromaticum est, intellexi, veram inde diametrum erui non posse, nisi constaret, quanta foret eiusdem diametri imminutio propter radiorum aberrationem. Ad eam obtinendam eodem Micrometro diebus quatuor observavi Venerem extra Solem, ex quibus observationibus in Sole prodiit observata maior. Differentiam ita dividendam censui, ut quantum a Telescopio augebatur Venus lucida, tantumdem eadem obscura minueretur: nulla enim melior tunc suppetebat observationes corrigendi methodus; quae mihi quidem de alienis observationibus tunc temporis non satis conscientia præfertim nomine placuit, quod inde prodierit

(1) An. 1762. pag. 621.

radiorum aberratio, quae imaginem in foco lentis obiectivae auget, Newtonianae regulae maxime confonis: verum eam regulam tum ex meis, tum ex aliorum observationibus didici, non satis esse accuratam (1): quod mirum non est, res enim pendet a circumstantiis, quae computo facile coerceri non possunt: satis etiam perspectum non habemus, quid vitrum coloratum efficere possit.

## XVIII.

Haec animadvertisens statui rem iterum examini subiicere, ac diametros observatas ad diversas Veneris a tellure distantias mutuo comparare, ut radiorum aberrationem certius eruerem. Cum Veneris diameter exigua sit, eam metiri potui Micrometrum tum directe, tum retrograde movendo, nam media inter utramque quantitas errorem corrigit, si quis est in divisionis initio: geminam hanc observationem prouina habui, ac singulis diebus in tabula notatis duas saltem institui observationes, fere semper plures, inter quas medium quantitatem elegi, quam damus in Tabula tertia. Distantiae Veneris a tellure observationum temporibus congruentes ex Halleio desumptae sunt.

Observationes 14, 15, 16, 17 habitas Venere valde humili a refractione correctas exhibui, quod facile fuit ex data observationis hora, atque inclinatione observatae diametri ad horizontem. Ex ipsis observationibus prodierunt ex ordine diametri 50", 4: 51", 5: 53", 1: 53", 8. Ceterum ipsa Planetae cum hori-

zon-

(1) Acad. Par. De l' Isle an. 1755. pag. 166.

zonte vicinia observationes reddit non satis certas propter vapores facile diametros extra legem augentes, vel minuentes.

## XIX.

Ex novem prioribus observationibus in unam summam collectis, eaque divisa per novem prodit diameter Veneris  $30', 8$ , in distantia 5973, posita distantia media Solis a terra 10000: at ex observationibus 11, 12, 13 simili ratione tractatis obtinetur diameter  $43', 2$  in distantia 4181. Incrementum imaginis ab erratica luce profectum dicatur  $x$ . Fiat proinde 4181. 5973 ::  $30', 8 - x$ .  $44'' - 1$ ,  $43 +$  diametrum nempe Veneris a radiorum aberratione correctam in distantia 4181., in qua ex observatione inventa est  $43', 2$ ; adeoque diameter correcta erit  $43', 2 - x = 44'' - 1$ ,  $43 +$ : hinc fiet  $x = 1'', 9$ .

Rursus ex observationibus 18, 19, 20 in distantia 4094 invenitur diameter  $44', 3$ . Fiat igitur 4094. 5973 ::  $30'', 8 - x$ .  $44'', 9 - 1$ ,  $46 +$  diametrum correctam in distantia 4094 in qua ex observatione inventa est  $44', 3$ : erit proinde  $44', 3 - x = 44'', 9 - 1$ ,  $46 +$  quare  $x = 1'', 3$ .

Itaque cum radiorum aberratio ex aliquibus observationibus prodeat  $1'', 9$ , ex aliis  $1'' 3$ , statui poterit  $1'', 6$ . Hinc in distantia 5973 diameter Veneris, quae ex observatione inventa est  $30'', 8$ , correcta erit  $29'', 2$ , ex qua inveniri poterit in quacumque data distantia diameter correcta.

## XX.

Ut explorarem, quantum huic determinationi fidere possem, subductis calculis investigavi diametrum correctam Veneris ad singulas distantias in Tabula consignatas, iisque adieci 1", 6, ut innotesceret quanta ex iis, quae determinavimus, observanda foret diameter. Quae ex calculo prodierunt in penultima Tabulae columna notantur, in ultima vero differentia observationem inter, & computum.

Differentiarum maxima occurrit in observatione 14<sup>a</sup>, quam propter horizontis viciniam dubiam diximus, (XVIII) eaque 2" non attingit: ex reliquis unica scrupulum secundum superat, ac differentiarum summa positiva negativae quam proxime aequatur. Quod si observationes 10 & 14 utpote a reliquis magis remotae reiiciantur, positiva summa a negativa deficit 0", 8. Quae igitur determinavimus, ad veritatem quammaxime accedunt: oppositum autem continget, si solius distantiae ratio habeatur. Posita enim diametro 30", 8 in distantia 5973 propter novem observationum eonsensum, ex computo inveni, quod observatio per defectum fere semper peccaret, atque una errorum summa contrariam excederet plus quam 11".

Hinc in distantia 10000, seu distantia media Solis a terra Veneris diameter correcta est 17", 44116; quare si 174411", 6 dividantur per distantiam a Terra, quam Venus obtinet dato tempore, vel a 5. 24157 eius numeri logarithmo subducatur logarithmus datae distantiae, diameter correcta dato tempore obtinebitur.

tur. In ultimo Veneris per Solem transitu logarithmus distantiae Veneris a tellure fuit ex Halleio 3. 46140, quo subducto a 5. 24157, qui supereft numerus 1. 78017 est logarithmus 60", 28 diametri scilicet correctae Veneris in Sole. Iacobus Shortius ex mora Veneris in limbo Solis a se observata eius diametrum arguit 58", 6 (1) eamdemque omnino diametrum ex suis circa egressum Veneris observationibus hic reperit P. Audiffredius O. P. (2) Haec a nostra diametro deficit 1", 7: defectus hic tantus non est, ut in geminam cauſam num. XV allatam commode reiici non possit. Utraque autem validior fuisse dicenda est in aliis Telescopiis, quibus eadem methodo diameter minor est inventa.

Cum die 29 Martii an. 1758 Cantonius obiectivo Micrometro, quod Chromaticum erat, duodecies observasset diametrum Veneris, eam invenit 61", 7, ex qua praevidit, in coniunctione cum Sole anni 1761 habita solius distantiae ratione visum iri 60". 19" — 60", 32 (3) contra communem tunc temporis sententiam inter Astronomos, qui eam ad 70", vel 75" protrahebant. Cum Telescopium illud Chromaticum fuerit, & eodem Micrometro eidem observatori in ipso Sole Venus apparuerit 58", tantus consensus cum nostra diametro casui debetur.

Anno 1753 die 26 Iulii circa horam 17 ex observationibus Shortii atque Bevisii Veneris diameter obiectivo Micrometro, quod Chromaticum erat, in  
ven-

(1) Transl. Phil. an. 1762. p. 622. (2) Transl. Ven. ante Solem p. 31. (3) Transl. Phil. an. 1761. pag. 182.

yenta fuit  $32''$ , 75. Logarithmus distantiae Veneris a Terra ex Halleio est 3. 73577: hinc logarithmus diametri correctae 1. 50582, cui respondent  $32'', 05$ : observata igitur diameter correctam excedit  $0'', 7$ .

Ut res aliquo exemplo illustretur etiam in tubis Dioptricis communi Micrometro instructis, petere illud placuit ex observationibus P. Hellii Astronomi Caesarei (1), qui diebus 21, 22, & 23 Maii an. 1761. Veneris culminantis diametrum reperit  $71''$ . Logarithmus distantiae Veneris a terra die 22 fuit 3. 51033, ex quo eruitur Diameter correcta Veneris  $54''$ : quare si aliquod non fuit in Micrometro vitium, radiorum aberratio Veneris imagini adiecit  $17''$ .

Quin observationes nostrae anni 1761 cum ipsis conferri possint, duo potissimum prohibent: primum quod ex duobus minoribus speculis, quibus Telescopium instructum est ad obiectum magis, minusve amplificandum, in iis alio sim usus, quam in ipsis. Secundum est, quod cum alterius observatoris oculo Telescopium tunc fuerit accommodatum, ut obiecti imaginem distincte perciperem, vitro concavo usus sui: cum igitur omnia paria non fuerint, mirum non est, aliam ex iis prodire radiorum aberrationem, nempe  $4'', 7$ : methodo, quam tunc adhibui, haec inventa fuit  $3'', 2$ . Tantillam differentiam in aliis Micrometris facile contemnendam, in nostro ferendam omnino non esse censuimus. Ceterum, quas nunc producimus observationes, praeter exquisitorem, quam adhibuimus diligentiam, ipsa maior copia nobis reddit multo certiores.

De

(1) Obs. Transf. Ven. pag. 24.

De Veneris diametro paullo ante, vel post con-  
gressum cum Sole observata cum eadem in Sole com-  
paranda, tres omnino, quod sciam, cogitavimus:  
Hellius, Shortius, & Ego. Primus communis Micro-  
metro usus nihil penitus confidere potuit: reliqui ac-  
curatissime quidem objectivo Micrometro rem non  
attigimus, at saltem parum admodum a scopo aberra-  
vimus.

### §. III.

## DE MARTIS DIAMETRO.

### XXI.

**C**irca Martis apparentem diametrum, antiquioribus  
omissis, haec tantum invenire licuit. Cassinus de  
Thury in oppositione Martis cum Sole an. 1751 eam  
sibi visus est observasse  $40''$  (1). At Iacobus Cassinus  
eam ponit in minima a terra distantia  $30''$  (2), ean-  
demque magnitudinem illi tribuit P. Hellius (3). Mar-  
tinus in Grammatica Philosophica (4) ex Whistonii  
calculis deducit, cum maxima est,  $20'', 83$ : at Whisto-  
nius in praelectionibus Physico-Mathematicis adhae-  
rens Flamstedio inter diametros veras Solis, ac Martis  
amplectitur rationem  $763460$  ad  $4444$ , ex quibus nu-  
meris sequitur Diameter apparet maxima  $29', 9$ : for-  
tasse alibi rem aliter statuit.

### XXII.

Ut aliquid certius hac in re statuerem, incessit cu-  
pido rem objectivo Micrometro examinandi. Naectus  
opportunitatem oppositionis, quae contigit die 1. <sup>a</sup> Ju-

D

nii,

(1) Acad. Scien. Par. an. 1751. p. 40. (2) Astr. liv. 6. (3)  
Ephem. an. 1764. pag. 107. (4) Cap. 4.

nii, eadem methodo, qua in Venere sum usus, Diameterum verticalem Martis observavi, cum circa meridianum versaretur: observationes exhibet tabula quarta una cum distantiis Martis a tellure ex Halleio.

Ex prioribus sex observationibus in distantia 4678 Diameter Martis apparuit 20', 25, at ex tribus postremis tantum 11', 5 in distantia 9390: hinc, ut in Venere factum est, habetur radiorum aberratio 2', 8, quibus subductis a 20', 25 fit in distantia 4678 diameter correcta 17', 45, ex quibus prodit diameter observanda singulis diebus in tabula traditis, ut in columna quinta. Errores nunquam scrupulum secundum attingunt; summa vero negativa positivam excedit 1', 8. Quod si reiiciatur observatio septima, quae omnium maxime a computo discrepat, ac radiorum aberratio fiat 2', 5, prodeunt diametri observandae, ut in penultima columna, in quibus positiva summa negativam aequat quamproxime. Itaque in distantia 4678 statuatur diameter correcta Martis 17', 75: hinc in distantia 10000 erit 8', 30345: summa Logarithmorum utriusque numeri est 4.91926, ex qua ad quamcumque datam distantiam diameter correcta inveniri poterit.

Minima Martis a tellure distantia, infra quam per plurima saecula non descendet, nunc temporis est ad distantiam mediam Solis a terra ut 371 ad 1000, adeoque maxima eius Diameter correcta erit 22', 4: pro diversitate tamen Telecopiorum aliquot secundis scrupulis maior videbitur.

Cum radiorum aberratio in nostro Telescopio pro Venere inventa sit 1', 6, pro Marte vero 2', 5,  
eam-

eamdem non esse pro utroque Planeta obſervationes  
innuere videntur: verum diligentiori examini res eſt  
ſubiicienda.

Anno 1753 die 20 Auguſti circa horam 17 ex obſervationibus Shortii, & Bevifii Martis Diameter invenia eſt 13", 25. Logarithmus diſtantiae Martis a Tel-  
lure eo tempore eſt 3.91568: ergo Diameter corre-  
cta Martis 10", 08: radiorum proinde aberratio ſuit  
3", 2 quae in Venere invenia eſt 0", 7 (XV). Obſer-  
vatio haec eodem peracta ſuit Micrometro, ac Diame-  
tri Veneris, verum cum duplicis obſervatoris mentio  
fiat, incertum eſt, utrum ab eodem oculo habita fuerit.

## XXIII.

Hicce quae diximus, obſervatio Typis edita Ecli-  
pſis Solis diei primae Aprilis (1) ſuperioris anni con-

D 2

tra-

(1) De mea huius Eclipsi ceſſaria erat correctio a refrac-  
tione. Ait secundo hanc ob-  
Clarissimus quidam auctor (Gazz.  
litt. de Par. an. 1764.) in duobus  
potiſſimum hallucinatur. Ait pri-  
mum, Diametrum Lunae a me  
inventam fuſſe tempore Ecli-  
pſis 1771", 1 eamque a refrac-  
tione fuſſe correctam: at haec  
Diametri magnitudo inventa non  
eſt Eclipsi tempore, pro quo ni-  
mis exigua foret, atque obſer-  
vationem ridiculam omnino red-  
deret, ſed quarta poſt neome-  
niam die, quando propter Lu-  
nae cum horizonte viciniam ne-

gularē non eſte, uti eam vendita-  
re vellem ( cette maniere d' obſer-  
ver n' eſt pas auſſi ſinguliere, que l'  
obſervateur voudroit le donner à en-  
tendre ). Ea de re tantum haec  
habeo: Cum hoc instrumenti genere  
in Italia nulla fit haſtenus obſervata  
Eclipsi, ab exteris vero nationibus,  
ſi quid hac in re praefiterunt, nihil  
ad nos pervenerit .... Quae de  
Italia dico, etiam poſt eam Ecli-  
pſim vera ſunt, de exteris na-  
tionibus nihil pronuncio: quid  
igi-

traria videtur. Hoc eodem Micrometro Lunae Diametrum observavi in Sole, & quarta post Novilunium die, atque facta eius magnitudinis additione, quae ex notis caussis fieri debuit, hanc illa minorem inveni 3", & minus certis reiectis observationibus saltem 1", cum Solis radii Lunae Diametrum minuere potius debuerint. At qui novit difficultatem Lunae Diametrum metiendi utroque tempore, facile observationi tantillum errorem tribuet. Lunae Diameter in Sole argui debuit ex chorda, & quantitate obscuracionis, in quibus proclive est errorem aliquem admittere, neglecta praesertim refractione, ac distractione, atque error plerumque crescit in ipsa Diametro. Determinationi vero Diametri Lunae extra Solem obfuit languidum eiusdem lumen in cornuum extremitatibus, atque horizontis vicinia: aliquid etiam errari potuit in reducenda Diametro Lunae extra Solem observata ad Diametrum in Sole observandam. Mirum potius videri debet, maiorem dissensum inventum non fuisse. Illud vero ex ea observatione conficitur, enormem immunitationem Diametri Lunae in disco Solis, quam aliqui observasse sibi visi sunt, vel instrumento, vel observatori, vel methodis, quibus in Diametris comparandis sunt usi, probabilius omnibus hisce caussis deberi.

## XXIV.

Igitur singulare praedico, quod cum illa scribebam, consulere a veritate ne hilum quidem aberret? Ceterum in Commentariis Academiae Scientiarum Parisiensis hactenus editis nulla est Eclipsis, in qua hoc adhibitum sit instrumentum, atque in Transactionibus Philosophicis, quas,

non potui, quia Romae desiderabantur, quae ad tempora pertinent post inventum Micrometrum, unicum reperio ante diem primam Aprilis anni 1764, eamque propter nubes cursim tantum observatam.

## XXIV.

Ex iis, quae circa Veneris ac Martis Diametros observavimus, duo colligi posse mihi videntur, ubi ex alienis observationibus accuratius determinatae fuerint Diametri correctae. Primum est, quod certius constabit de illorum vera magnitudine, quae ex Diametro correcta aestimanda est, non autem ex observata, cum haec pro Telescopiorum varietate admodum varia esse possit. Alterum est, quod constitui poterunt tamquam norma ad explorandum, quanta sit in dato Telescopio, quod Micrometro sit instructum, radiorum aberratio, & an illa omnino careat, ut in Achromaticis fieri debet: nam ex data Planetae distantia observationis tempore innotescet eius Diameter correcta, quae si cum observata comparetur, radiorum aberrationem prodet, remotis observationis erroribus.

F I N I S.



# TABVLA PRIMA.

*Observationes circa diametrum Aequatoris atque axem  
Solis in particulis Micrometri.*

## PARS PRIOR.

1764	H.M.	Observationes antemerid.				Alt. Sol.
		D. Aeq.	Axis.	Different.	Ins.	
Maji. 28	7. 52	0, 7		0, 7	36	35
	8. 4	0, 7		0, 7	36	37
	8. 14		0, 0		54	39
29	7. 33		0, 0	1, 7	53	31
	7. 42		1, 5	0, 2	53	33
	7. 52	1, 7			37	35
Jun. 3	8. 13	0, 0		-1, 7	39	39
	8. 19	1, 0		-0, 7	39	40
	8. 24		1, 7		51	41
6	7. 37	0, 0		-1, 5	40	33
	7. 47	1, 7		0, 2	40	34
	8. 1		1, 5		50	37
7	7. 40	0, 0	1, 7	49	33	
	7. 53		1, 0	0, 7	49	36
	8. 6	1, 7			41	38
22	7. 45	0, 0	0, 5	46	34	
	8. 0		1, 7	-1, 2	46	37
	8. 17	0, 5			44	40

# TABVLAE PRIMAE

## PARS POSTERIOR.

1764	H. M.	<i>Observat. Pomerid.</i>				Inc.	Alt. Sol.
		D. Aeq.	Axis.	Differen.	Gr.		
Iun,	1	3. 37	2, 0		2, 0	68	41
		3. 45	2, 0		2, 0	68	40
		4. 4		0, 0		22	36
2		3. 40		0, 0	3, 7	23	41
		3. 58		0, 0	3, 7	23	37
		4. 23	3, 7			67	32
6		3. 38	0, 7		0, 7	66	41
		3. 51	1, 0		1, 0	66	39
		4. 8		0, 0		24	36
7		3. 39		1, 7	1, 3	24	41
		4. 2		0, 0	3, 0	24	37
		4. 23	3, 0			66	33
8		3. 33	0, 5		0, 5	66	42
		3. 46	0, 5		0, 5	66	40
		3. 56		0, 0		24	38
IX		4. 0		0, 0	2, 2	26	37
		4. 27		0, 2	2, 0	26	32
		4. 33	2, 2			64	31

## TABVLA SECVNDA

*Observationes circa Diametros Horizontalem & Verticalem Solis in particulis Micrometri.*

## PARS PRIMA.

1764	Mane	Diameter			Alt. Solis	Gr.
		H. M.	Horiz.	Vertical.		
Jun. 18	5. 56	0, 5			—0, 5	
	6. 2		0, 0			16
	6. 11	0, 0			0, 0	
Jul. 11	6. 2.	3, 0				
	6. 7		0, 0		—3, 0	16
	6. 17		2, 0		—1, 0	18
Aug. 27	6. 56		1, 5			17
	7. 16	0, 5			1, 0	
	7. 24	0, 0			1, 5	
Sept. 3	6. 55	2, 0				
	7. 1		0, 0		—2, 0	16
	7. 5		1, 5		—0, 5	17
7	7. 25		2. 5			20
	7. 35	1, 5			1, 0	
	7. 42	0, 0			2, 5	
II	7. 11	0, 5				
	7. 17		0, 0		—0, 5	17
	7. 30		0, 0		—0, 5	19
14	7. 12	0, 0			2, 0	
	7. 23	1, 5			0, 5	
	7. 29		2, 0			19
17	7. 25	1, 0				
	7. 30		0, 5		—0, 5	18
	7. 34		0, 0		—1, 0	19

# TABVLAE SECVNDAE PARS ALTERA.

1764	Mane	Diameter			Different.	Alt. Solis	Gr.
		H. M.	Horiz.	Vert.			
Jul. 7	7. 57		0, 0			5, 0	
	8. 1		0, 0			5, 0	
	8. 15			5, 0			40
12	8. 2		0, 0				
	8. 20			2, 0	2, 0		40
	8. 30			3, 0	3, 0		42
15	8. 1		0, 5			4, 0	
	8. 8		0, 0			4, 5	
	8. 27			4, 5			42
26	8. 21		0, 0				
	8. 26			1, 0	1, 0		40
	8. 30			2, 0	2, 0		40
Aug. 4	8. 17		0, 5			2, 5	
	8. 30		0, 0			3, 0	
	8. 41			3, 0			41
14	8. 34		0, 0				
	8. 48			2, 5	2, 5		40
	8. 54			2, 5	2, 5		41
Sept. 10.	9. 27		0, 0			5, 0	
	9. 33		0, 0			5, 0	
	9. 54			5, 0			43
13	9. 25		0, 0				
	9. 41			4, 0	4, 0		41
	10. 20	E		5, 0	5, 0		45

TABVLAE SECVNDAE  
PARS TERTIA.

1764	<i>Vespere</i>	Diameter			Different.	Alt. Solis Gr.
		H. M.	Horiz.	Vert.		
Jun. 17	3. 55			1, 5		38
	4. 25	0, 0			1, 5	
	4. 35	0, 0			1, 5	
Jul. 6	3. 43	0, 0				
	3. 51		0, 7		0, 7	38
	4. 0	;	2, 0		2, 0	37
15	3. 23		3, 5			43
	3. 32	0, 0			3, 5	
	3. 36	2, 0			1, 5	
22	3. 23		2, 0		2, 0	42
	3. 32		2, 5		2, 5	41
	3. 45	0, 0				
Aug. 6	3. 2		2, 7			44
	3. 9	0, 0			2, 7	
	3. 19	1, 5			1, 2	
17	2. 47	0, 0				
	2. 56		1, 5		1, 5	42
	3. 8		1, 0		1, 0	40
20	2. 36	0, 5			0, 5	
	2. 42		1, 0			44
	2. 52	0, 0			1, 0	
25	2. 32		2, 5		2, 5	44
	2. 41		3, 0		3, 0	43
	2. 51	0, 0				

TABVLAE SECVNDAE  
PARS QVARTA.

1764	Vespere	Diameter			Different.	Alt. Solis	Gr.
		H. M.	Horiz.	Vert.			
Jun. 19	6. 1			0, 0			15
	6. 8	1, 0			-1, 0		
	6. 14	0, 5			-0, 5		
Jul. 7	5. 54	1, 7					
	6. 1			2, 0	0, 3	15	
	6. 5			0, 0	-1, 7	14	
Aug. 3	6. 1			0, 0			11
	6. 5	8, 5			-8, 5		
	6. 11	6, 5			-6, 5		
10	5. 30			1, 5	-3, 0	16	
	5. 36			0, 0	-4, 5	15	
	5. 46	4, 5					
28	4. 55	0, 0			1, 0		
	5. 2			1, 0		17	
	5. 9	1, 0			0, 0		
Sept. 8	4. 41	0, 7					
	4. 45			0, 7	0, 0	18	
	4. 53			0, 0	-0, 7	18	
12	4. 26	1, 0			-0, 3		
	4. 37	0, 0			0, 7		
	4. 47			0, 7		16	
13	4. 31	0, 0					
	4. 35			0, 0	0, 0	18	
	4. 47			0, 0	0, 0	16	

# TABVLA TERTIA

*Diametri apparentes Veneris, eiusdemque distantiae  
a Tellure in partibus, ex quibus distantia media  
Solis a Terra continet 10000.*

		<i>Distantia</i>	<i>Diameter</i>			<i>Different.</i>
<i>1764</i>			<i>Ex Obsr.</i>	<i>Ex Comp.</i>		
1	Jun. 15	6293	29 <sup>11</sup> , 3	29 <sup>11</sup> , 3	—	0 <sup>11</sup> , 0
2	16	6212	29, 5	29, 7	—	0, 2
3	17	6132	30, 0	30, 0	—	0, 0
4	18	6052	30, 2	30, 4	—	0, 2
5	19	5973	30, 8	30, 8	—	0, 0
6	20	5893	30, 9	31, 2	—	0, 3
7	21	5814	32, 1	31, 6	—	0, 5
8	22	5735	32, 6	32, 0	—	0, 6
9	23	5656	31, 8	32, 4	—	0, 6
10	Iul. 7	4590	38, 3	39, 6	—	1, 3
11	10	4385	41, 1	41, 4	—	0, 3
12	13	4181	42, 8	43, 3	—	0, 5
13	16	3977	45, 7	45, 5	—	0, 2
14	21	3668	51, 1	49, 2	—	1, 9
15	24	3519	51, 8	51, 2	—	0, 6
16	27	3371	53, 9	53, 3	—	0, 6
17	30	3223	55, 5	55, 7	—	0, 2
18	Sept. 12	3847	47, 9	46, 9	—	1, 0
19	17	4156	43, 3	43, 6	—	0, 3
20	19	4280	41, 8	42, 4	—	0, 6
21	26	4756	37, 7	38, 3	—	0, 6
22	28	4892	36, 8	37, 3	—	0, 5

# TABVLA QVARTA

*Apparentes Martis Diametri, ac distantiae a Tellure  
in partibus 10000.<sup>mis</sup> Semidiametri  
Orbis Annui.*

		Diameter					
1764		Dif.	Ex Obs.	Ex pr.	Differ.	Ex 2.0	Differ.
		tant.		Comp.		Comp.	
1	Iun. 1	4722	20 <sup>11</sup> , 4	20 <sup>11</sup> , 1	0 <sup>11</sup> , 3	20 <sup>11</sup> , 1	0 <sup>11</sup> , 3
2	5	4678	29 , 8	20 , 3	-0 , 5	20 , 3	-0 , 5
3	7	4668	19 , 8	20 , 3	-0 , 5	20 , 3	-0 , 5
4	8	4666	19 , 9	20 , 3	-0 , 4	20 , 3	-0 , 4
5	9	4664	20 , 8	20 , 3	0 , 5	20 , 3	0 , 5
6	II	4670	20 , 8	20 , 3	0 , 5	20 , 3	0 , 5
7	Iul. 15	5522	16 , 7	17 , 6	-0 , 9		
8	Aug. 27	7672	12 , 8	13 , 4	-0 , 6	13 , 3	-0 , 5
9	Sept. 12	8580	12 , 1	12 , 3	-0 , 2	12 ' 2	-0 , 1
10	25	9328	11 , 5	11 , 6	-0 , 1	11 , 4	0 , 1
11	26	9390	11 , 6	11 , 5	0 , 1	11 , 3	0 , 3
12	27	9452	11 , 4	11 , 4	0 , 0	11 , 3	0 , 1



NARODNA IN UNIVERZITETNA  
KNJIŽNICA

006155 8



00000320779

